Inter contractus Innominatos refertur, & Actione P.V. juvatur.

I. ***Suffragium***, i.e. interceſſio apud principem pro altero:
Do ut ſuffragium feras. Fero ut des. Utrobique licitè & honeſtè, modicum & proportionatum.
Qui accepit, tenetur intercedere.
Is pro quo interceſſum eſt, tenetur dare.

II. ***Cambium***, quod eſt
vel *manuale*, quo ſpecies monetarum permutantur.
vel *literarium*, in ſpecie ſic dictum: ut pro pecunia hìc, alia æquivalens illic, detur, interveniente aliqua mercede, (per literas Cambii) quæ dicitur Collybus ſ. Symb. collybiſtica die Lage.
1. *Campſor*, qui in ſe recipit transſcribendam pecuniam.
2. Campſoris vel Inſtitor, Factor] aut Mandatarius, vel Debitor, aut Socius] qui ſolvit.

Proprietas:
1. Literis Cambii non poteſt opponi
   1. exceptio non numeratæ pecuniæ, ſi fateantur ſe accepiſſe.
   2. exceptio ordinis.
2. Pecunia Cambialis in concurſu Creditorum habet jus prælationis.

III. ***Aſſecuratio:***
Quâ præmium datur, ut quis ſuſcipiat periculum incertum (non antè cognitum ab alio) merciũ aliò transvehendarũ.
vel contra. Quo quis periculum ſuſcipit, ut præmium detur.
Si res interierit, antequam præmium ſit datum, pœnitere ſuſcipientem non poteſt.
1. quia ab altera parte non ſubeſt dolus, ſed ipſe dolosè ageret, ſi recederet.
2. quia alterum debet indemnẽ ſervare, ſi vult pœnitere.
3. quia directè eſſet contra contractum.

IV. ***Conceſſio Salinarum*** Hallæ, ſub præſtatione certi *quaſi* Canonis.